



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1746. usque ad  
Annum 1749

**Luxemburgi, 1753**

IV. De Præsentatione Dignioris inter approbatos ab Examinatoribus ad  
Parochiales Ecclesias Jurispatronatus Ecclesiastici, cum resolutione  
nonnulorum dubiorum. 9. Aprilis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74761](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74761)



fatisfacerent præcepto audiendi Missam, eo quod alius aderat Sacerdos, qui Sacrum facere poterat; si principum virorum vota exaudita non fuerunt, qui tantum pro extensione privilegii precabantur, & talis privilegii, quod unicam tantum diem quolibet anno respiciebat; unusquisque facili negotio cognoscere poterit, quid a Sede Apostolica factum esset, si simplices Parochi facultatem petissent bis celebrandi, ubi alius non deesset Sacerdos, qui Parocho operam suam præstare posset, & bis celebrandi, non unicâ die intra annum, sed tot diebus, quot per anni cursum festi dies celebrandi fidelibus præcipiuntur.

Ut Fraternitati Tuæ postulatis respondere-  
mus, negotium unico verbo cognoscimus Nos  
absolvere potuisse, dicendo nimirum, tuam  
Constitutionem Synodalem observandam esse.  
Henricus enim Boich, antiquus Juris Canonici  
Professor, in *Comment. ad Cap. Te referente*,

Decretum  
Episcopi ser-  
vandum de-  
cernitur.

IV.

De Præsentatione dignioris inter approbatos ab  
Examinatoribus ad Parochiales Ecclesias Ju-  
rispatronatus Ecclesiastici, cum resolutione  
nonnullorum dubiorum.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Florentino.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam  
Benedictionem.

**R**EDDITE Nobis sunt Literæ Tuæ, quibus  
cum una ad Nos missi disceptationem Ad-  
vocati Petri Brogiani, ut de his, quæ a Te  
proponebantur, quæ nostra sententia sit, dice-  
remus.

Primum: An Patronus Ecclesiasticus teneatur  
in foro externo præsentare ad Beneficium Curatum  
eum, qui inter approbatos ab Examinatoribus magis  
idoneus, & magis dignus est?

Secundum: An Episcopus, ad quem spectat dare  
institutionem, debeat sequi iudicium Patroni de magis  
idoneo, magisque digno, an potius inquirere,  
rectum ne sit Patroni iudicium, an secus?

Tertium: Si appellaverit, qui se digniorem esse  
putat, & possit haberi est; an suspendi debeat institu-  
tionem præsentati, an verò hæc debeat suum effectum  
sortiri; paucis, an appellatio inæposita locum ha-  
beat in devolutivo tantum, an potius etiam in sus-  
pensivo?

Ut igitur exordiamur a prima questione, in  
qua queritur, an Patronus Ecclesiasticus teneatur  
in foro externo præsentare ad Beneficium Curatum  
eum, qui magis idoneus, magisque dignus  
est inter approbatos ab Examinatoribus;  
respondemus, teneri. Nam antiquis omnibus  
disputationibus omissis, cum juxta Concilii Tri-  
dentini præscriptum in Beneficiis Curatis coram  
Examinatoribus Synodalibus concursus haberi  
debeat, debeantque Examinatores Synodales  
approbare eos, qui magis idonei sunt, quorum  
deinde unum debet Patronus Ecclesiasticus Epi-  
scopo præsentare, ut ei institutionem præbeat,  
hæc agendi ratio, ac methodus necessario secum  
fert, ut Patronus Ecclesiasticus teneatur præsen-  
tare eum, quem digniorem inter probatos ab  
Examinatoribus existimat.

Verba Concilii satis per se clara sunt in cap.  
xviii. sess. 24. de Reformatione: Si verò Jurispa-  
tronatus Ecclesiastici erit, loquitur de Beneficio  
Curato, ac institutio ad Episcopum, & non alium  
pertineat, is, quem Patronus digniorem inter  
probatos ab Examinatoribus iudicabit, Episcopo præ-  
sentare teneatur, ut ab eo instituat.

num. 2. de celebratione Missarum, docet a ne-  
mine binas Missas eadem die celebrari posse,  
si id sit vetitum in Constitutione Synodali. Sed  
hæc scribenda ad te putavimus, ut tuum reli-  
gionis eximum studium nostris laudibus profe-  
queremur. certamque normam, ac rationem  
ante oculos propositam haberes, ad quam con-  
silia tua, tuamque mentem tutissimè conforma-  
res. Quapropter tres dies in privata nostra  
Bibliotheca manè insumpimus, quos vacuos,  
ac liberos ab audiendis Ministris, molestisque  
negotiis nacti sumus, ut has literas conficere-  
mus. Postremò te summopere iterumque com-  
mendantes, qui hujus Sedis Apostolicæ in dubiis  
rebus sententiam consiliumque exquisieris, Be-  
nedictionem Tibi nostram, Venerabilis Frater,  
peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majo-  
rem die xvi. Martii MDCCLVI. Pontificatus  
Nostri Anno Sexto.

Dat. die 16.  
Martii 1746.

Della Præsentazione del più degno tra gli ap-  
provati dagli Esaminatori alle Chiese Parro-  
chiali di Patronato Ecclesiastico, con la riso-  
luzione di alcuni dubbj.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Florentino.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam  
Benedictionem.

**C**I fu presentata una di Lei lettera unitamen-  
te con una bella Scrittura composta dall'  
Avvocato Pietro Brogiani, acciò da Noi si profe-  
risse il nostro sentimento sopra i seguenti punti  
di Canonica Giurisprudenza:

Primo: Se il Patrono Ecclesiastico sia obbligato  
nel foro esterno a presentare al Benefizio Curato  
quello, ch'è il più idoneo, ed il più degno fra gli  
approvati dagli Esaminatori.

Secondo: Se il Vescovo, che dee dare l'insti-  
tuzione debba stare al giudizio dato dal Patrono circa  
il più idoneo, ed il più degno, o pure se debba far  
indagine sopra la sussistenza del detto giudizio.

Terzo: Se appellando chi pretende d'esser più  
degnò, ed è stato posposto, debba sospendersi l'insti-  
tuzione del Presentato, o pure debba questa avere  
il suo effetto; in una parola, se l'appellazione in-  
terposta debba aver luogo solamente in devolutivo,  
o pur anche in suspensivo.

Incominciando dal primo punto, nel quale  
si cerca, se il Patrono Ecclesiastico sia obbligato  
nel foro esterno a presentare al Benefizio Curato  
quello, che è il più idoneo, id il più degno  
fra gli approvati dagli Esaminatori, rispondia-  
mo sicuramente di sì; imperocchè lasciando da  
parte tutte le dispute antiche, dovendosi, se-  
condo il prescritto dal Sacro Concilio di Trento,  
ne' Benefizj Curati di Patronato Ecclesiastico  
tener il Concorso avanti gli Esaminatori Sino-  
dali, dovendo gli Esaminatori Sinodali appro-  
vare quelli, che sono idonei, dovendo poi il  
Patrono Ecclesiastico presentare uno di questi  
al Vescovo, perchè conceda l'istituzione, questo  
metodo di operare porta seco la necessità,  
che il detto Patrono Ecclesiastico sia anche nel  
foro esterno obbligato a presentare quello, che  
esso crede il più degno fra gli approvati dagli  
Esaminatori.

Le parole del Concilio sono troppo chiare  
nel cap. 18. alla sess. 24. de Reformatione: Si vero  
Jurispatronatus Ecclesiastici erit, parla del Bene-  
fizio Curato; ac institutio ad Episcopum, & non  
alium pertineat, is, quem Patronus digniorem inter  
probatos ab Examinatoribus iudicabit, Episcopo præ-  
sentare teneatur, ut ab eo instituat.

Tria dubia  
Pontificis  
proposita.

Tre dubbj  
proposti al  
Pontefice.

Responso ad  
primum.

Risposta al  
primo.



Quod procedit, etiam si Episcopus Patrono non intimaverit, ut digniorem presentet, quam cautionem memorat *Abbas in cap. Constitutus 2. de appellationibus*. Quoniam quicquid sit de utilitate hujus cautionis ante Concilium Tridentinum, superflua certe est post idem Concilium, a quo in Beneficiis Curatis Patronatus Ecclesiastici demandatus est concursus; & injunctum fuit Patrono Ecclesiastico, ut eum presentet, quem inter probatos ab Examinatoribus digniorem, magisque idoneum censebit, quod valet amplius quacumque admonitione, seu interpellatione, quam Episcopus Patrono Ecclesiastico faciat.

Responso ad  
secundum  
cum distin-  
ctione.

Expediti a prima quaestione ad alteram transibimus, in qua quaeritur: An Episcopus, ad quem pertinet instituire, sequi debeat iudicium Patroni circa magis idoneum, magisque dignum, an potius inquirere, iudicium ejusdem Patroni rectum ne sit, an non; & quod ad hanc quaestionem attinet, censemus necesse esse unum ab altero casum distinguere.

Nam, aut inter probatos ab Examinatoribus nemo est, qui de Patroni iudicio queratur, a quo, puta Titius magis idoneus, magisque dignus aestimatus est, ique Episcopo presentatus, & tum Episcopus sequi debet iudicium Patroni, nequaquam vero in ejus iudicium inquirere. Nam a Sacro Concilio non praescribitur, ut digniorem instituat, sed quem Patronus inter approbatos ab examineribus digniorem judicaverit: quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit. Ut bene animadvertit Fagnanus in suis manuscriptis, quae apud Nos extant super cap. xviii. sess. 24. de Reformatione. Et non potest Episcopus opponere, quod Patronus Ecclesiasticus non vere digniorem, sed quem ipse Patronus digniorem arbitratur, elegerit, & Episcopo presentaverit, quia Concilium voluit absolute institui illum, quem Patronus tanquam digniorem elegerit.

Et in hujusmodi facti specie locum habet rescriptum Congregationis Concilii ann. 1573. ut videre est lib. 1. Decretorum pag. 167. verba autem haec sunt: *Sacra &c. censuit, si Parochia sit Jurispatronatus Ecclesiastici, & institutio ad Episcopum pertineat, facultatem judicandi digniorem inter idoneos probatos ab Examinatoribus, spectare ad Patronum Ecclesiasticum, & Episcopum teneri instituire eum, quem dictus Patronus judicaverit digniorem, & ipsi Episcopo presentavit.*

Aut inter ab Examinatoribus idoneos probatos aliquis est, qui iudicio Patroni minime acquiescens coram Episcopo, cujus est dare institutionem, queritur, se posthabuit fuisse, licet magis dignus, & idoneus altero sit, quem Patronus tanquam digniorem, & magis idoneum Episcopo presentavit; & hoc secundo casu cum Episcopus iudicis Personam sumere cogatur, sequi non debet Patroni iudicium circa magis idoneum, magisque dignum, sed priusquam institutionem concedat, in Patroni iudicium inquirere, ut inter alios recte considerant Garzia de Benefic. par. 9. cap. 2. num. 265. & seq. & praecipue num. 268. & seq. & Venturia in prax. rer. Eccles. tom. 2. adnot. 5. §. 2. num. 5. 6.

Non obstat, si quis assereret etiam hoc secundo casu clausis oculis sequendum esse Patroni iudicium de magis idoneo, magisque digno, perinde ac si id consentaneum sit verbis Concilii superius laudatis: *Quem Patronus digniorem*

Il che ha luogo ancorchè il Vescovo non avesse fatta al Patrono Ecclesiastico l'intimazione di dover presentare il più degno, cautela mentovata dall'Abbate nel cap. *Constitutus*, il secondo de *Appellationibus*: imperocchè, ciocchè siasi dell'utilità della cautela avanti il Concilio di Trento, essa è superflua dopo il detto Concilio, che avendo stabilito il concorso ne' Benefizj Curati di Padronato Ecclesiastico, ed avendo, come si è già veduto, prescritto al Patrono Ecclesiastico di presentare quello, che giudicherà il più degno, ed il più idoneo fra gli approvati dagli Esaminatori, ciò vale assai più di qualsivoglia ammonizione, o sia interpellazione particolare, che dal Vescovo si faccia al Patrono Ecclesiastico.

Spediti dal primo punto, faremo passaggio al secondo, nel quale si cerca; se il Vescovo, che dee dare l'istituzione debba stare al giudizio dato dal Patrono circa il più idoneo, ed il più degno, o pure se debba fare indagine sopra la sussistenza del detto giudizio. Et in ciò, che appartiene a questo secondo dubbio, Noi crediamo doverci distinguere un caso dall'altro, come in appresso.

O fra gli approvati dagli Esaminatori non v'è chi promova querela sopra il giudizio dato dal Patrono, che avendo creduto l'izio più idoneo, e più degno degli altri, l'ha presentato al Vescovo: ed in questo caso il Vescovo dee stare al giudizio dato dal Patrono, nè dee formare indagine sopra la sussistenza del medesimo; non dicendo il Sacro Concilio, che il Vescovo istituca il più degno, ma quello, che il Patrono avrà giudicato più degno fra gli approvati dagli Esaminatori: quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit: come ben riflette il Fagnano ne' suoi manoscritti, che abbiamo presso di Noi, sopra il cap. 18. della sess. 24. de Reformatione: Et non potest Episcopus opponere, quod Patronus Ecclesiasticus non vere digniorem, sed quem ipse Patronus digniorem arbitratur, elegerit, & Episcopo presentaverit; quia Concilium voluit absolute institui illum, quem Patronus tanquam digniorem elegerit.

E in questi termini procede una Risoluzione della Congregazione del Concilio dell'anno 1573. come può vedersi nel lib. 1. de' Decreti alla pag. 167. & a terg. ed ecco le parole: *Sacra &c. censuit, si Parochia sit Jurispatronatus Ecclesiastici, & institutio ad Episcopum pertineat, facultatem judicandi digniorem inter idoneos probatos ab Examinatoribus, spectare ad Patronum Ecclesiasticum; & Episcopum teneri instituire eum, quem dictus Patronus judicaverit digniorem, & ipsi Episcopo presentavit.*

O pure fra gli approvati dagli Esaminatori per idonei si ritrova taluno di loro, che non quietandosi al giudizio dato dal Patrono, promove avanti il Vescovo, che dee dare l'istituzione, le sue istanze lamentandosi d'essere stato postposto, benchè più degno ed idoneo dell'altro, che il Patrono avendo creduto più degno, e più idoneo di lui, l'ha come tale presentato al Vescovo; ed in questo secondo caso il Vescovo venendo astretto ad assumere la qualità di Giudice, non dee stare al giudizio dato dal Patrono circa il più idoneo, e più degno, ma dee prima di dare l'istituzione fare indagine sopra la sussistenza del detto giudizio, come fra gli altri molto bene riflettono il Garzia de Beneficiis alla par. 9. cap. 2. num. 265. e seq., e particolarmente al num. 268. e seq. ed il Venturia in Praxi Rerum Ecclesiasticarum al tom. 2. annot. 5. §. 2. num. 5. e 6.

Nulla ostando, se mai si dicesse, doverci anche in questo secondo caso deferire ciecamente al giudizio dato dal Patrono sopra il più idoneo, ed il più degno, in sequela delle citate parole del Concilio: quem Patronus digniorem inter pro-

Risposta al  
secondo con  
distinzione.



*inter probatos ab Examinatoribus judicabit*: Nam prætermisissis, quæ a Doctoribus dicuntur, nempe ea verba intelligenda esse de iusto, vero, proboque iudicio, ut videre licet apud *Massobrium in praxi habendi concursus requisit. 5. dub. 1. num. 43. 44.* Concilium agens de Beneficio Curato Patronatus Ecclesiastici inquit: *quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit.* Non multo autem superius loquens eodem loco de Beneficio Curato libera collationis Ordinarii, his verbis utitur: *Episcopus*, inter eos, qui probati sunt tanquam idonei ab Examinatoribus Synodalibus, *eum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit.*

At vero si quis ab Examinatoribus probatus tanquam idoneus contra iudicium, quod secundum alterum tulit Episcopus eum prælegendo, institerit, audatur, & ab appellationis Iudice expenditur, Episcopi iudicium rectissime probumque sit, an pravum, atque iniustum, ut quotidie re ipsa contingit, & definitum legitur a San. mem. Pio V. Prædecessore Nostro *in sua Constitut. xxxiiij. In Conferendis.* Multo magis quæviscumque sint Concilii verba; si quis inter probatos ab Examinatoribus actionem moveat contra iudicium a Patrono latum, æquum iustumque erit, ut audiatur, & manus erit Episcopi, ad quem instituire in beneficio pertinet, diligenter inquirere, Patroni iudicium utrum valeat, nec ne; regulisne iustitiæ, an secus innitatur.

Supereft tertia quæstio, in qua, ut superius diximus, quaritur, si is, qui se digniorem existimat, & posthabitus est, suspendi debeat institutio presentati, an potius eam exequi oporteat, paucis, si appellatio interposita locum habeat in devolutivo dumtaxat, an etiam in suspensivo: Et hic etiam opus esse videtur unum casum ab altero distinguere. Nam aut iudicium Episcopi convenit cum illo Patroni Ecclesiastici, adeo ut is, qui presentatus est a Patrono Ecclesiastico tanquam magis idoneus, & dignus, talis etiam ab Episcopo iudicetur, & isti institutio ab Episcopo concedatur, si posthabitus a Patrono, & ab Episcopo appellet, ejus appellatio in devolutivo tantum locum habebit, & illi, qui institutus est ab Episcopo, Parochiæ possessionem minime retardabit.

Et quidem si agatur de Ecclesia Parochiali libera collationis Episcopi, & ab Episcopo uni ex approbatis ab Examinatoribus Synodalibus tanquam digniori, & magis idoneo institutio detur, is, qui inter probatos ab eisdem Examinatoribus se iniuste posthabitus ab Episcopo contendit, sibi que, & non alteri debitam esse institutionem, appellans obtinere nequit, ut sua appellatio suspensiva sit, quæ non alia ratione admittitur, nisi in devolutivo juxta paragraphum octavum laudatæ Constitutionis *In conferendis San. mem. Pii V.* multo magis cum agitur de Ecclesia Parochiali Jurispatronatus Ecclesiastici, & in digniori magisque idoneo iudicando Patronus, & Episcopus consentiunt, qui inter probatos ab Examinatoribus Synodalibus contendit, a Patrono, & ab Episcopo injuriam sibi illatam esse, si appellationem interponat, ejus appellatio non in suspensivo, sed dumtaxat in devolutivo admittetur. Nam primo casu appellanti iudicium solius Episcopi; secundo autem casu præter Episcopi iudicium etiam Patroni ei adversatur.

Aut enim, ut alteram distinctionis partem prosequamur, in ferendo iudicio de magis digno, magisque idoneo sententiam Episcopi, &

*inter probatos ab Examinatoribus judicabit*: imperocchè prescendendo da quanto dicono i Dottori, che interpretando le dette parole insegnano doverli intendere d'un vero, e sufficiente giudizio, come può vederli appresso il *Massobrio in Praxi habendi Concursus requisit. 5. dub. 1. num. 43. e 44.* il Concilio, che trattando del Beneficio Curato di Patronato Ecclesiastico, disse: *quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit*: poche righe sopra trattando del Beneficio Curato di libera collazione dell'Ordinario, così disse: *Episcopus* fra quelli, che sono stati approvati, come idonei dagli Esaminatori Sinodali, *eum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit.*

E però se non ostanti queste parole taluno fra gli approvati dagli Esaminatori, come idoneo promuove le sue istanze contro il giudizio dato dal Vescovo a prò di un altro, è inteso, e dal Giudice dell'appellazione si esamina, se il giudizio dato dal Vescovo sia, o non sia sufficiente, come giornalmente si vede in pratica, e come fu stabilito da S. Pio V. nella sua Bolla 33. *In conferendis*, con molto maggior ragione, non ostanti le dette parole, se taluno fra gli approvati dagli Esaminatori promuove le sue istanze contra il giudizio dato dal Patrono, dovrà essere inteso, e dovrà il Vescovo, a cui appartiene il dare l'istituzione esattamente indagare, se il giudizio dato dal Patrono abbia, o non abbia sufficienza, sia, o non sia appoggiato alla Giustizia.

Resta il terzo punto, nel quale, come già si è detto, si cerca, se appellando, chi pretende d'esser più degno, ed è stato posposto, debba sospendersi l'istituzione del presentato, o pure questo debba avere il suo effetto; in una parola, se l'appellazione interposta debba aver luogo solamente in devolutivo, o pure anche in sospensivo: e qui pure sembra duopo il distinguere un caso dall'altro; imperocchè, o il giudizio del Vescovo è conforme a quello del Patrono Ecclesiastico, in tal maniera, che quello, che è stato presentato dal Patrono Ecclesiastico, come più idoneo e degno, viene anche riputato tale dal Vescovo; e dandosi a questo dal detto Vescovo l'istituzione, se il posposto dal Patrono, e dal Vescovo appella, la di lui appellazione non potrà aver luogo, che in devolutivo, nè potrà impedire all'istituto dal Vescovo il possesso della Parrocchia.

Ed in fatto se nel caso d'una Parrocchiale di libera collazione del Vescovo, dandosi dal Vescovo l'istituzione ad uno degli approvati dagli Esaminatori Sinodali, qualificandolo pel più degno, e pel più idoneo quello fra il numero degli approvati da' detti Esaminatori, che pretende d'essere stato posposto ingiustamente dal Vescovo, e che a se, e non al suo competitore, fosse dovuta l'istituzione, appellando, non può pretendere, che la sua appellazione sia sospensiva, nè in altro modo si riceve, che in devolutivo, giusta il §. 8. della Costituzione sopraccitata *In conferendis* di San Pio V. con molta maggior ragione, trattandosi di Parrocchia di Patronato Ecclesiastico, ed essendo nel punto del più degno, e del più idoneo concordi il Patrono, ed il Vescovo, quello, che fra gli approvati dagli Esaminatori Sinodali pretende, che dal Patrono, e dal Vescovo gli sia stato fatto torto, se appella, non dovrà la sua appellazione esser sospensiva, ma unicamente riceverli in devolutivo; non avendo il reclamante nel primo caso contra di se, che il giudizio del Vescovo, ed avendo il reclamante nel secondo caso contra di se, oltre il giudizio del Vescovo, ancor quello del Patrono.

O poi proseguendo il secondo membro della distinzione, nel punto del più idoneo non concorda il Giudizio del Vescovo con quello del

Responso  
ad tertium  
etiam cum  
distinctione.

Risposta al  
terzo anche  
con distin-  
zione.



Patroni Ecclesiastici minime concordant, & tunc si quis ex approbatis ab Examinatoribus, & tanquam magis dignus præelectus est a Patrono putet se gravatum esse ab Episcopo, neque eju*dem* iudicio acquiescere vult, & ideo provocet, eju*dem* appellatio ad suspensionis effectum operari debet, & Ecclesia Parochialis sub Oeconomo remanere, donec lis inter eum, qui dignior habitus est a Patrono, & alterum, qui ab Episcopo, & ideo ut dignior in Parochiali Ecclesia institutus est, finiatur. Nam hoc casu considerari debet præelecto ab Episcopo refragari iudicium Patroni, nempe eju*dem*, cui præcipue Concilium electionem inter idoneos elargitum est; cuius iudicio, si nemo sit, qui adverteatur, standum esse voluit, ut paulo ante adnotavimus; eju*dem* demum, ad quem in paritate meritorum pertinet uni, vel alteri gratificari, ut apud *Gratian. loc. laudat. num. 264. & apud Ventrill. loco pariter cit. num. 5.*

Quæ cum ita se habeant, nimis durum esset, si quis causa cadens in secundo iudicio, quod fert Episcopus, & propterea appellationem interponeret; deinde eju*dem* appellatio non operaretur nisi in devolutivo, & non etiam in suspensivo, cum regula in iure certa sit, cum aliquis in primo iudicio victor in altero succumbit, si a secundi iudicis sententia appellet, eju*dem* appellationem non solum in devolutivo, sed etiam in suspensivo valere.

Si opponeretur in huiusmodi causis omne appellandi jus sublatum esse a Concilio Tridentino *cit. cap. 18. vers. in omnibusque sess. 24. de reformatione*, scire oportet, Concilium ibi loqui de eo, qui a relatione Examinatorum Synodaliu*m* provocat, a quibus idoneus probatus non est, cum se talem esse existimet, quod nihil pertinet ad speciem facti a Nobis propositam, in qua agitur de appellante ab irrationabili iudicio Episcopi, cuius generis appellatio ignota fuit Sacro Concilio, sed usu introducta est a San. mem. Pii V. in laudata Constitutione, ut bene etiam considerat Fagnanus in suis mss. superius citatis. Insuper & illud, opus est intelligere, si quis contenderet argumentari posse a casu appellantis a mala relatione Examinatorum ad casum appellantis ab irrationabili iudicio Episcopi, eju*dem* argumentatio longius procederet, quam veller, cum nec ipse velit provocantem ab irrationabili iudicio Episcopi non audiri saltem in devolutivo, & Doctores doceant appellantem a mala relatione Examinatorum, eju*dem* appellationem aut neque in devolutivo admitti, aut certe ad eum dumtaxat finem, ut fama, atque existimationi suæ appellans consulere possit, amovendo notam ab Examinatoribus sibi iniustam, nunquam verò, ut Ecclesiam Parochialem consequi possit, ut ad propositum nostrum bene disserit *Maffubrius in praxi habendi concursus requis. 5. dub. 4. Ventrill. in praxi rerum Ecclesiasticarum par. 2. annotat. 5. §. 2. num. 48.*

Hæc quidem sunt, quæ oportunitate esse duximus exponere, ut responderemus iis, quæ a te quærebantur ea hebdomada, quæ Nobis omnium totius anni laboriosissima est, nempe Hebdomada Sancta. Te autem interea benevolo animo in caritate Dei complectentes tibi, tuisque omnibus in Florentina Diocesi commorantibus Apostolicam benedictionem impertimus.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die

Patrono Ecclesiastico: ed in questo caso, se chi essendo nel numero degli approvati dagli Esaminatori, e che è stato prescelto per più degno dal Patrono, pretende d'essere stato gravato dal Vescovo, nè vuol quietarsi al giudizio dato da esso a prò dell'altro, e perciò appella, la sua appellazione dovrà operare l'effetto suspensivo, e la Parochia dovrà restare sotto l'Economo, finchè termini la lite fra chi è stato creduto più degno dal Patrono, e l'altro, che è stato qualificato per più idoneo dal Vescovo, e da esso, come tale è stato istituito nella Parochia, dovendosi in questo caso valutare, che il prescelto dal Vescovo ha contra di se il Giudizio del Patrono, che è lo stesso, che dire di quello, a cui il Concilio ha data in primo luogo la prescelta fra g' idonei, ha voluto, che non essendovi veruno oppositore, stiasi al di lui giudizio, come di sopra si è veduto, di quello finalmente a cui in parità di meriti, tocca il gratificare più l'uno, che l'altro, come può vedersi appresso il Garzia nel luogo citato al num. 264. ed appresso il Ventriglia nel luogo parimente citato al num. 5.

Nel quale stato di cose sarebbe troppo duro, se soccombendo esso nel secondo giudizio, che si dà dal Vescovo, ed appellando, la sua appellazione non avesse effetto, che in devolutivo, ed anche non operasse nel suspensivo, essendo regola bene assicurata in teorica, ed in pratica, che chi ha avuto per se un giudicato, e nel secondo giudicato soccombe, appellando, il suo appello abbia il suo vigore non solo in devolutivo, ma anche in suspensivo.

Che se mai da taluno si opponesse, essere in questi casi tolta ogni appellazione dal Concilio di Trento nel *cit. cap. 18. vers. in omnibusque sess. 24. de Reformatione*: Sappia l'opponente, che il Concilio ivi parla di chi appella dalla relazione fatta dagli Esaminatori Sinodali, che non l'hanno approvato per idoneo, quand' esso pretendeva d'esserlo, il che non ha che fare col caso nostro, nel quale si tratta dell'appellante ab irrationabili iudicio Episcopi, appellazione non conosciuta dal Sacro Concilio, ma introdotta da San Pio V. nella sua citata Bolla, come anche riflette il Fagnano ne' suoi manoscritti sopraccitati. Sappia in oltre, che chi pretendesse di argomentare dal caso dell'appellante a mala relatione Examinatorum, ab irrationabili iudicio Episcopi porterebbe il suo discorso più avanti di quanto esso pretende: non pretendendo egli, che l'appellante ab irrationabili iudicio Episcopi non sia sentito, almeno in devolutivo, ed insegnandosi da' Dottori, che l'appellante a mala relatione Examinatorum, o nemmeno è inteso in devolutivo, o quando gli viene accordato il devolutivo, gli è accordato pel solo fine, che possa salvare la propria riputazione, e levarsi la maschera postagli in viso dagli Esaminatori, ma non ad effetto, che possa conseguire la Parochia, come molto bene la discorrono il Maffubrio in *Praxi habendi concursus requis. 5. dub. 4.* il Ventriglia in *Praxi Rerum Ecclesiasticarum par. 2. annot. 5. §. 2. num. 48.*

Che è quanto abbiamo creduto opportuno di esporre in risposta a' suoi quesiti in una settimana, che è la più laboriosa dell'anno per Noi, essendo la settimana santa. Ed intanto con piechezza di cuore abbracciandola, diamo a Lei, ed a tutti i suoi Diocesani l'Apostolica Benedizione.

9. Aprilis 1746. Pont. Nostri An. VI.

Dat. die 9.  
Aprilis Pont.  
An. VI.